



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

Quæst. 8. Quid est verbum substantium. Est?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

est singulari sed indefinita, æquivalens huic, contentum sub
speciebus, est corpus meum: consequens est contra proprietatem
propositionis demonstrativæ (Hoc) quod sicut significat singula-
rem rem, ita & singularem propositionem constituit, præfer-
tum cum sit demonstratio ad sensum. Soto respondet, inter-
dum per hæc pronomina non demonstrari rem individuum sed
demonstrari, ut cum quis dicit, hæc herba nascitur in horto
meo, illud pronomen non significat hanc numero herbam, sed
herbam huic similem. Quod exemplum videtur accommoda-
tum, saltem ad probandum huiusmodi pronomen demonstra-
tivum non semper demonstrare directe, sed quasi in recto rem
singularem & præsentem, ut in dicto exemplo demonstratur
herba, quatenus est similia huic quæ sensibus obijciuntur. Et ita in
presente ex parte contenti, ut sit, est quasi indefinita propo-
sitiō, tamen ex parte specierum in ordine ad quas sit demonstra-
tio singulari, est singulari: quia demonstratur contentum sub
huius numero speciebus, unde sub formalisatione contenti potest
quodammodo dici idem numero designari, quia est eadem nu-
mero forma, sub qua continetur.

Hæc autem sententia sunt probabiles, & magis in modo
loquendi quam res ipsa differunt: Ultima vero simpliciter pro-
bata est, quia constat pronomen (Hoc) non significare corpus
Christi secundum propriam rationem eius, licet in prolationis
verborum termino supponat pro illo tantum & de illo verificari
predicatum. Constat insuper in principio prolationis pro-
nomen (Hoc) neq. demonstrare definit ac determinate corpus
Christi, neq. omnino carere significatione seu demonstratione
aliqua: quia statim demonstrat aliquo modo accidentia, seu
aliquid habens connexionem seu habitudinem ad illa, quod o-
portet explicari sub ratione contenti sub illis: ergo distincta
nominum designat corpus Christi, materialiter autem demon-
strat illud in eo instanti, in quo absoluitur significatio verborum.

Nec semper huic interpretationi hæretici obli-
stant. Illicius contra 28. & 29. solutionem Beza, re-
gula Philosophorum agnoscitur. Nempe talia esse sub-
iecta, qualia describuntur, aut afficiuntur ad prædicatis,
itaque cum in prædicato dicatur hoc esse, quod pro
nobis datur, non potest pronomen aliud demonstra-
re, quam illud, ad quod monstrandum adhibetur.

QUESTIO VIII.

Quid est verbum substantivum Est?

Notandum primo existimo verbum Est, de
quo tanta est concectatio in Syro non esse,
duo enim verba sunt duxat, *הוּא הוּא* Han au pagri.
hoc corpus meum. Quod si affixum quod adiunctum est
secundum numerate libeat, statuet tria esse. Nihil sensui
tamen Syrus deoravit; nam in talibus non modo cle-
gantiam, sed energiam habent, si verbum omittant.
Sic & in vers. 28. *הוּא הוּא* hanau dem, Hic sanguis
meus. et apud Marcum *הוּא הוּא* Hana it hau-
tu pagri, Hoc est ipsum corpus meum. Lucas in consecra-
tione eadem verba habet, quæ Matthæus. In calice
הוּא הוּא Hic calix. Paulus 1. Corinth. 11. 24. Mat-
thæum sequitur, ubi de corpore loquitur.

Tota questio in eo vertitur. An Est proprie, an
tropice accipiendum sit. Zwinglius enim pro Signi-
ficat usurpat, itemque Calvinus, Beza, alii. Vide
Zwinglium Epistol. ad Alberum. Et lib. 1. de vera &
falsa religione. Non tamen omnes Sacramentarii in
ea opinione sunt. Oecolampadius à seipso dissidet.
Viretus in tract. de sacramentis, ait verbum Est esse re-
linquendum, esse veritatis & existentie verbum. To-
pam tamen ille ponit in nomine corpus. Boquini o-
pinio; Est, indicare communionem idiomatum, à
Calvinistis iam exploditur. Theophilus Alymantas
lib. de sacramentaria miserrime tricaritur, fingitque
agere de vniuersa hypothetica differentia specifica. Ve-
rum eam opinionem iam Calviniani explodunt.

Orthodoxi vero multis demonstrant verbum
adami Conzen in Euang. Tom. 1.

substantivum, communissimum, non posse in aliam
significationem trahi. Bellarminus lib. 1. cap. 10. do-
cet alia verba resolui in verbum est, & aliud, ut, ho-
mo ambulat, idem est ac si dicas: Homo est ambulans.
Si verbum Est ad aliam significationem tradatur,
non potest sic resolui. Posset quidem responderi. Si
propositio Christi: Hoc est corpus meum, resoluiatur,
oportere hunc in modum resolui. Hoc est significans
corpus meum. Quod si fiat; iam substantivum ver-
bum est, resoluitur in se & aliud; nam significat esse,
& significans esse, idemque semper includitur in eo al-
lio, in quod resolui dicitur. Nam significare est esse
significans, seu esse signum.

Negat etiam Bellarminus copulam, quæ subiecto
& prædicato est connexio, posse sua significatio-
nem priuari. Hoc verissimum est; nam Est cum sit vincu-
lum subiecti & prædicati, non potest eam propria-
tem amittere, quin tota propositio dissoluatur & esse
desinat. Et noster Maldonatus non Græce, non La-
tine, non Hebræice Est, accipi pro significat, ut cum
dicunt agnus est pascha, non est figura in verbo sub-
stantiuo, sed in dictione Pascha: quæ non pro transi-
tu, sed pro agno accipitur. Quamvis & hic alia ra-
tio sit.

§. 3. Argutia hoc loco pugnat Martyr pag. 3. con-
tra Gardinerum. Verbum Est ait esse idem ortho-
doxis, quod sit, vel transubstantiatur. Idem etiam no-
bis affingit Vostius Tesserad. p. 2. pag. 226. Et vos
accusat, quasi eo error minime obliuiscimus. Quare
pontificis nihil hæc verba patrocinantur, sed potius causam
ipsorum grauisime laedunt, quippe quorum neque veram
vocem, neque errorem ipsi tenent. Sed argumentum Mar-
tyris uelimus. [Nam alioqui falsa esset propositio: *Est non est*
Hoc est corpus meum; prius enim debet esse res, quam
pronunciatur eam esse: vera enim est propositio, si res
ita se habeat, non contra ac præsertim secundum Ca-
tholicos, qui volunt hæc verba esse causam conuer-
sionis panis in corpus Christi: semper enim causa est
prior suo effectu. Sed corpus Domini non est in Eu-
charistia antequam dicatur, Est, ergo falso dicitur, Est,
nisi sumatur pro sit. Præterea ista oratio est operato-
ria ex sententia Papistarum, sicut illa: *Fiat lux*; ergo
verbum, Est, debet sumi pro sit.]

Respondet S. Thom. 3. p. q. 78. art. 2. & 5. (nam ex
eo obiectionem accepit Martyr, solutionem omisit,
quia sibi putabat non profuturam) Respondet ergo
S. Thomas, & ex eo Bellarminus l. 1. c. 11. de sacramen-
tis. Verba illa consecratoria non habere perfectam significationem,
nisi in ultimo instanti, quo profertur ultima vox: pendet
enim intellectus: donec ad finem veniatur; in eodem autem
ultimo instanti ponitur effectus verborum in esse, id est, conuer-
sio panis in corpus Christi. Neq. obstat quod verba non videan-
tur habere ultimum instanti positum cum finiuntur per mo-
tum. Nam etsi non datur ultima pars motus, & proinde verbo-
rum: tamen datur ultimum mutatum esse, & proinde vlti-
mum instanti terminatum verborum; quomodo in linea non
datur vltima pars, datur tamen vltimum punctum. Quare si
multoties sunt completa significatio verborum, & conuer-
sio panis in corpus Christi: ordine tamen natura inuicem se
precedunt, & sequuntur hæc duo. Nam verba illa quatenus
causa sunt illius conuersionis, precedunt conuersionem: & con-
tra quatenus veritas propositionis pendet à rei essentia, conuer-
sio præcedit significationem.

Verissime Bellarminus, addere tamen iubet, quod
aduersariorum ostendat imperitiam. Nam in omni
propositione ita res habet, ut nec veritas sit nec falsi-
tas propositionis, nisi in toto complexu, eoque abso-
luto. In eo enim solo conformitas intelligentiæ & rei, toto com-
plexu cum dicitur. Hoc, vel, est, nondum veritas, non-
plexu pro-
dum falsitas apparet, sed cum additur: *corpus meum*. positionis
Hæc vel dialecticorum pueris nota sunt ex Aristotelis est.

¶ *Ἐξουθενος* libris: Qui *ἀντίθετον* καὶ *ὑπερθετικόν*, veritatem & falsitatem in sola enunciatione constituit. Nec opus est, ut ante res sit, quam verba promi incipiant, satis est, ut simul & res existat, & verba completa veritatem habeant. Nec in operatoris modo, sed etiam aliis. Nam dum sol oritur, si orientem cœli plagam aliquis intueatur, si sole nondum orto dicat: iam sol est, nondum certi aliquid assumat, at si eo ipso tempore quo ille promicat, absoluat propositionem, addito verbo ortus, iam eodem tempore, & solis ortus, & propositionis veritas consistit. Nec enim sol cum ortus est, intervallo, sed eodem momento lumen diffundit, & videtur, eodemque momento perfici potest enuntiatio, sunt ergo eodem ut philosophi loquuntur instanti, propositio perfecta, eius veritas, & res ipsa. Non enim necesse est rem fuisse cum dicitur esse, sed satis est, tum esse, cum esse dicitur. Sic enim Aristotel. definit *Ἐξουθενος* cap. 5. ἐστὶ δὲ ἀπὸ τῆς συνθέσεως, ὅταν ὁ ὁμιλεὺς πρὸς τὸν ἀκούοντα λέγῃ, ὅτι τὸ ἀπὸ τοῦ ἀκούοντος, ὅτι δὲ ἀπὸ τοῦ ὁμιλοῦντος. Est igitur simplex enuntiatio vox significans esse aliquid, vel non esse, pro ut tempora dividuntur. Nempe si tempus sit præsens, vera est, si in præterito effertur.

Verba ante rem non vera.

§. 3. At Catholici verba efficientia iudicant, sunt ergo causa præsentiæ, sunt ergo priora, sunt ergo ante rem factam vera: quod naturæ repugnat. Respondet Bellarminus, quatenus sunt causa conversionis præcedere, quatenus veritas eorum à rei essentia pendet, conversionem præcedere. Hoc quia imperiti non capiunt, irident; facilius est enim calumniari, quam discere. Constat inter Philosophos; aliud esse verba, seu enunciationem, aliud veritatem & falsitatem, λόγος συνθετικὸς apud Aristotel. lib. 1. de interp. cap. 4. definitur, ἐστὶ δὲ τὸ ἀπὸ τοῦ ὁμιλοῦντος, ὅτι δὲ ἀπὸ τοῦ ἀκούοντος. Oratio enuntiatiua est, in qua verum, aut falsum est. Verum tamen & falsum, cum sit analogia, conformitas, vel diffinitas orationis cum re de qua affirmatur, vel negatur aliquid, naturâ posterius est ipsa oratione. Oratio igitur, seu enuntiatio essentia liter perfecta, cuius essentia in affirmatione vel negatione consistit, causa est conversionis, conversio effectus est simul tempore, naturâ posterior. Idem tamen effectus veritatis propositionis est prior, sed naturâ, non tempore. Ideo enim vera est propositio, quia res ipsa est; non igitur propositionis veritas est causa conversionis, sed conversio effectus propositionis, est causa veritatis. Simile aliquid, sed male tentant in mala causa sectari: ut mirum sit eos hic Scholasticis obiectionibus veritatem oppugnare. Fide sola aiunt, se iustificari: Fides ea est, ut credant se esse iustos, peccata sibi non imputari. Cum primum igitur hunc animus actum cogitatione credula promunt, Non impitantur mihi peccata: mox remissa sunt, ut ipsi credunt. Hic quarunt orthodoxi. Quomodo facere possint ut id credant. Nam cum credunt, nondum erant remissa, fides enim remissionis est instrumentum. Ideo naturâ prior, quam remissio, ideo eius obiectum, cum ipsa est actio nondum est. Hic varia respondent irrito conatu, sed nostra distinctione uti non possunt, non enim actio credendi est effectiva, sed opis habet, ut sit obiectum, cum vere exercetur ipsa.

QVÆSTIO IX.

Quid est Corpus meum?

§. 1. **H**ic alii corpus mysticum seu Ecclesiam, alii signum interpretantur, & horum est maxima pars inter Calvinistas, ut ex Catalogo etiam apparet. Plane absorta est interpretatio de corpore my-

stico, seu de Ecclesia. Neque enim panem voluit dicere esse Ecclesiam, aut significare, ac illi panem aiunt esse subiectum propositionis. Neque Ecclesia pro nobis tradita est, sed Christus Ecclesiæ redemptor, & sponsus. Quod si hac etiam reuocemus verba, quibus sanguinem consecrando fecit; multo minus Ecclesia esse potest, neque enim sanguis Ecclesiæ, aut ipsa Ecclesia sanguis effusus est pro Apostolis. Curdenique diceret: accipite, comedite, bibite Ecclesiam, & biberent ex ea omnes: sunt illa profus atropa, & est apud Græcos; καὶ ὁ κύριος τῶν μαρτύρων κενώσας, καὶ τὸν κύριον τῶν μαρτύρων, τὴν βίβλην γάλακτος inducunt. Non magis hæc, quam ista cohererent. Hæc igitur expositio in incunabulis, quibus orta est, perit. Nam & Calvinus & Beza eam oppugnant, pudeat recentiores tam improbi, pueri que commentis. Minus etiam conuenit verbis, quibus calicem consecrat Dominus, nam sanguis Ecclesiæ dici non potest. Nec Ecclesia sacramentum est, sed sacramentis vitæ.

§. 2. Nec melior tamen altera. Nam signum corporis non datur pro nobis, nec signum sanguinis effunditur, sed corpus, & sanguis. Habet Lucas pro nobis dicitur, Paulus 1. Cor. 11. καὶ ὁ κύριος, quod significat. Hæc siue ad sacrificium in euentum, siue passionem referantur, non possunt nisi verum corpus, & verum sanguinem nobis indicare, quod apud Lucam est clarissimum. Nec Calvinus aut P. Martyr effugient hoc argumentum. Cum aiunt corpus dici, non signum, sed corpus, eo, quod corpus sit signum efficacissimum, à signis inanibus diuersum. Nihil inquam ad rem pertinet. Nam imago quantumvis efficax, imago est, non res ipsa. Nec figura quamvis præstantissima pro nobis expensa est, sed vnigenitus Dei filius. Frustra ergo figuratur & signorum ficticia efficacia, & maiestate Ecclesiæ illudunt, ut Christum illi expiant. Propriis autem verbis utendum esse, testamenti, sedetis, & legis sanctitas, claritas, vltus conuenit. Si enim hic quod dicit Christus esse corpus suum, est vltus corporis, pari modo cum Deus dicit, Christum esse filium suum, cum Christi corpus crucifixum dicitur de vmbra corporis dicere possemus. Denique omnes Evangelistæ, interpretes, scripturæ idem docent, vltus antiquitatis & Ecclesiæ.

QVÆSTIO X.

Quæ hæretici contra verba institutionis obijcere soleant?

§. 1. **N**on est nouum sanctissima quæque conuictus impiorum impeti, iam initio clamabant, *Quis est hic sermo. Manna cibum leui sumum in deserto natus se abundi Israelitæ appellabant.*

Murmuratis impietas manna veniente reseda.

Panem adest Christus, murmurat impietas. Fons e. ronis est, omnipotentis ignorantio cum verba præsumptione, qua eam se comprehendere posse arbitrantur, non capiunt, quomodo sub panis specie panis Christi totum sit corpus. Eop. id est oducti Vortius, & alii, etiam diuinitatem immensitatem negare cœperunt. Non enim capiebant, quomodo in quolibet corpufculo Deus immensus totus esset præsens, & totus vbique.

§. 2. Primum argumentum est Berengarii apud Guetmundū 1. 2. Nota demonstrationis id significat, quod manu Dominus gestabat, cum diceret: Hoc est. Sed in manu panis erat. Panis ergo demonstratur. Respondet Guetmundus. Non demonstrari panem, sed Christi corpus, Hoc quod fuit panis, est corpus meum, corpus inquam communi conceptu apprehensum, ut ante exposui, atque hæc adeo est sanctorum patrum sententia,